Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



les volo mucnia vos: et ego mue
niar a vobis qualem no vultis:
ne forte contentones emulaciones
animositates dissensiones detrac
tiones susurrationes inflationes
seditiones sint inter vos. Ne iterum
cum venero: humiliet me deus a
pud vos et lugeam multos ex his
qui ante peccaverunt et no egerunt
penitentiam super immundicia et for
nicatione et impudicicia quam gesserunt
Ecce tertio hoc
venio ad vos. In ore duo
rum vel trium testium stabit
omne verbum. Predixi eis et pre
dico ut presens vobis et nunc absens
his qui ante peccaverunt et ceteris
omnibus. quos si venero iterum non pe
cam. An experimentum quaeritis eius qui
me loquitur christus Cui infirmus
non infirmatur: sed potens est in vobis
nam et si crucifixus est ex infirmi
tate. sed vivit ex virtute dei Na
m nos infirmi sumus in illo. sed vivi
mus cum eo ex virtute dei in vobis
Vos metipsos temptate: si estis in
fide ipsi vos probate. An non cog
noscitis vos metipsos: quia ihs
christus in vobis est Nisi forte repro
bi estis Spero autem quia cognoscetis
quia nos non sumus reprobi. Ora
mus autem deum ut nihil mali fa
ciatis non ut nos probati apparea
mus: sed ut vos quod bonum est faci
atis. Nos autem ut reprobi simus
non enim possumus aliquid adversus
veritatem. sed pro veritate Gau
demus enim quoniam nos infirmi
sumus. Vos autem potentes estis:
hoc et oramus vestram consuma
tionem Ideo hec absens scribo
ut non presens ducam agam secun
dum potestatem: quam dominus dedit mihi in
edificationem et non in destructionem
De cetero fratres gaudete: per
fecti estote: exhortamini. id ipsum
sapite. pacem habete: et deus pa
cis et dilectionis erit vobiscum Sa
lutate invicem in osculo sancto Salu
tant vos omnes sancti. Gratia domi
ni nostri ihu xpi. et caritas dei. et com
unicatio spiritus sancti cum omnibus vobis
amen: explicit epistola ad cor
incipit epistola ad galatas

Galathe sunt greci. hoc
verbum veritatis primum
ab apostolo acceperunt: sed
post discessum eius tem
tati sunt a falsis apostolis
ut in lege et circumcisione ne verte
rentur. hos apostolus convocat ad fide
veritatis: scribens eis ab epheso:
explicit epistola ad galatas incipit
epistola ad galatas

Paulus apostolus non ab
hominibus neque per homi
nem sed per ihum christum et
deum patrem qui suscita
vit eum a mortuis: et
omnes mecum sunt omnes
fratres ecclesiis galatie Gratia
vobis et pax a deo patre nostro et domino
nostro ihu xpo: qui dedit semetipsum pro
peccatis nostris ut eriperet nos de
presenti seculo nequam secundum voluntatem
dei et patris nostri: cui est gloria in
secula seculorum amen. Admiror quia
tam cito transferimini ab eo qui vos
vocavit in gratiam christi in aliud euan
gelium quod non est aliud: nisi sit aliqui
qui vos conturbant: et volunt
convertere evangelium xpi Sed li
cet nos aut angelus de celo evan
gelizet vobis preter quam quod evan
gelizavimus vobis: anathema sit
Sicut prediximus et nunc iterum dico si
quis vobis evangelizaverit preter
id quod accepistis anathema sit
Modo enim hominibus suadeo an deo
an quero hominibus placere. Si ad